in nostros homines argumentum, vos non
potius multos perire malle, cum hoste, quam
ista perpeti. A puellis et mulieribus p[…]
plurimis, omnis pudor profligatur, quib[us]
nefariores sunt matres consciaeque. Sic

Impudicitia puellarum Mulierum.

punit Hypocritas Deus, et tepidos exhortes sua[e]
Utinam his nos ad se flagellis compellat,

precatio

Domine Iesu fili aeterne Dei, pastor bone,
contere potentiam et adsere tibi gregem tuum,
quem sanguine tuo redemisti,

Brentius latet

Ubi lateat Brentius noster adhuc rescire non
potuimus. Noricos pro anni spatio,

Norici

quo libri religionem apud suos instituant,
tantum tres menses impetrasse, tristissimo vos
nosse. Deus servet nobis aliquas religiones.

Ex Argentorato.

In quo optime valete. 11. Iulij Anno 154

Vester Martinus Bucerus nomine
Collegarum suorum, Deo, qui
et Ecclesiam nostram vobis studio-
sis: commendat.

Reverendo Viro, eruditione et virtute
praestanti Domino Christophero Lasio,
fideli pastori Ecclesiae dei in oppido
Swordt, amico suo charissimo.

S. D. Venerande vir et amice charissime. Oro filium
dei dominum nostrum Iesum Christum crucifixum
pro nobis, et resuscitatum, sedentem ad dexte-
ram aeterni patris, ut det dona hominibus,
et regat Evangelij ministros consilio.

Fuit nobiscum pastor Ecclesiae Brandenburgensis,
Sigefridus, qui exposuit historiam conventus
vestri. Recte factum est, quod discretis praestati
estis, vos non adsentiri libro Augustano.
Nam etiamsi illa altera ordinatio, quae fuit
addita, reciperetur, et mansuri essetis in
Ecclesijs vestris, Tamen non potest appro-
bari Liber Augustanus. Nunc de altera
parte dicam. Multa dici possunt contra ceri-
moniarum rituum instaurationem, sed cum non

oriatur a nobis, et sit tanta in potentibus
pertinacia, ut velint imponere talem servitutem
Ecclesiis, Ego do hoc consilium, Ut deserantur
Ecclesiae, ut fit ad Rhenum et alibi, Ubi iam
autem prorsus solitudo est in templis, et lupi
in eis grassantur, Tulimus et antea
regna et clamores indoctorum, Utinam fra
sapienter hanc novam servitutem, si tamen
absit impietas. Maxima mihi certamina
de Canone fuerunt, et Deo gratias ago,
si obtineo, ut insperant illa impia posteritati
Si de Adiaphoris etiam vehementer contenderemus
prorsus nulla de re audiremur. Iam hic
experto Suevorum, et Bucerum. Nam et
tua patria decretum fecit, ut restituantur Ecclesiae
ad normam libri Augustani. O rem miseram
Quoties, quam paucis annis mutatae sunt in
tua patria Ecclesiae, Ideo si potes manere
non temere discedas, Tolerares illas Ceremonias
administrari per Diaconum possent

Iam rescribo Bucero. Bene vale, et rursus
scribito quamprimum. Die Matthiae 1549.

Philippus Melanthon

Martinus Bucerus Philippo Melanthoni

Eternus filius dei, summusque moderator omnium
et temporum et hominum, velit vertentis
anni momenta, et hominum corda sic regere,
Ut tam diuturnorum cruciatuum, si non liberationem, tamen aliquantulam perspiciatis
tandem mitigationem, repressis vere eius
ventis et fluctibus, quibus Ecclesiae nunc
adeo perniciose iactantur, Amen

Nos praeter vicinarum Ecclesiarum horribiles
vastationes Suevicas et Rhenanas aliisque agri
proximi, et crescentia indies nostrae Ecclesiae
pericula, acerrime affligit metus de vobis,
et Ecclesiis vestris. A Junij enim nostri
vidimus nihil certi de vobis cognovimus, nisi